



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Indefesse laborans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

## CONSIDERATIO

## IV.

## AMOR DEI,

*Indefesse laborans.*

Tertius gradus Amoris Divini, facit operari indefessiter. Quia verus amor nunquam est otiosus. Operatur magna, si est: si operari renuit, amor non est, sed Gregorius. Item in hoc gradu Amor non operatur, sed operatur magna, & reputat parva: operatur parva, & reputat pauca: operatur diu, & reputat breviter, Thomas.

Neque hoc est mirum: quia Caritas dilatat affectum, & longum cor facit. Solus Deus est major eo, qui vivit in caritate. Nihil majus est animo habente caritatem, quam cum, qui dedit caritatem. S. Augustinus.

O Caritas, o Amor, dilata cor meum, ad operandum operi sine cessatione, quidquid requirit beneplacitum tuum, gloria tua. Heu me miserum! Si parum laboro, apponit, quod parum te amem. Vellem multo magis, sine fine amare. Da mihi vires, ut plus & sine fine laborem.

## CONSIDERATIO

## V.

## AMOR DEI,

*Patientia invicta.*

Quartus gradus Sancti Amoris facit sustinere infatigabiliter, magna operatur, & magna sustinet. Non contentus est facere magna, sed etiam pati vult terribilia, tam ad eum mortem. Caritas patiens est, delectatur